



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XLVI. D. Aprvncvlvs. XX. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

## S E C U L U M VI.

XLV. S. FIBITIVS. XIX. ARCH.

**A**Nno Salutis 500. D. Fibitius Archipræful creatus Episcopali munere cœpit inclarescere; ejusdem namque probatam multis egregiis factis Sanctimoniam, patrata etiam post mortem beatissimam miracula prodiderunt. Ossa D. Antistitis in Oratorio juxta Mosellæ pontem sepulta, vel improborum injuriâ, vel religione Christianorum immodica, loco suo amota sunt: nihilominus S. Præfulis in Ecclesia manet & viget memoria perpetua. An. seculi V. 28. mortuus, totidem annos Sedis numeravit.

XLVI. D. APRVNCVLVS. XX. ARCH.

**D**Aprunculus eximia vitæ sanctitate Treviris adstitisse scribitur. Sepultus est anno Sedis 4. Christi 532. juxta odeum S. Paulini.

XLVII. D. NICETIVS XXI. ARCH.

**D**Nicetius illustri genere, illustriori doctrina & virtutibus à tenera ætate in Galliis excultus, in Archiepiscopum Trevirorum ante alios deligi est promeritus. Cœlestibus signis, in utero matris jam illustratus, dum Sedem arduam invitus conscendit, sensit tergori suo onus nemini visum, longè tamen gravissimum incumbere: at oneri accessit odor cœlestis, ex quo collegit futuros labores ac dolores solatio miscendos. Oneri maximo Archipræfuli erant Theodoberti Regis adulteria, & mores populi parùm probati, quos insigni libertate perstrinxit: Rex enim nec monitis, nec minis emendatus, cum scelera sceleribus neceret, Sacris à Nicetio est interdictum pervicaci; qui cum irâ frendens & exæstuans in templum irrumperet, continuo

M 2

puer